

Admittentes non ſibi dari ſibi datum ſuperiorem.

Qui Exequentes.

nam per Extravagantem *Admittenda*, ex Concilio Conſtantienſi, quam late expendit P. Suarez ſupra Diſput. 9. Sect. 2. & ex recepta alia de ſubditis erga Superiores, quæ in vulgari verſu voce *Humilis* deſignatur; & etiam *Vtile*, quia vt eſt manifeſtum, valde vile eſt ſubditis cum ſuis communicare Prælatiſ. Et tandem voce *Necesse*: necellitatis enim communicationis, cui non eſt comperta. Sunt ergo *Recipientes*, qui officium à Superioribus Prælatiſ contra Conſtitutionis præſcripta recipiunt, circa quod difficultas nulla ſpecialiſ occurrat.

100 *Exequentes* autem, aut iidem qui *Recipientes* ſunt, vt vox vna per alteram explicetur, quod ſolet non raro contingere, iuxta dicta *numer. 76.* & eam vim habere, dictum etiam *num. 74.* receptioni enim exequenti inest. Poſſunt etiam exequentes dici, qui nomine Superioriſ aliquem in officio conſtituunt. Nam licet actus committenti, & non exequenti tribuatur, vt probant Doctores, quos adducit Marius Antoninus *Lib. 3. Variarum Reſolut. 19. n. 5.* & Dom. Solorzanus *Tomo 2. Lib. 3. Cap. 12. num. 56.* & *Cap. 26. num. 60.* qui id Textibus diuerſiſ exornat: legiſſator tamen poteſt etiam exequentem ſua lege comprehendere, & præſertim Ecceſiaſticuſ, & omniuſ maximè Supremuſ: vnde exequentes mandatum alteriſ in percuffione perſonæ ſacræ poenam Canoniſ abſque vmbra aliqua dubitationiſ incurrit: & ita idem eſt in calu noſtro ſentiendum, de quo & aliſ ad Conſtitutionem dictam generaliter ſpectantibus ſunt hæc ſatiſ.

S. X.

De diſpenſatione per ſeptennium à Sanctiſſimo Dom. Alexandro VII. Prouinciſ Indiariſ circa Conſtitutionem impenſa.

Diſpenſationiſ ratio. Et quædam circa illam.

101 Illuſ ratio ſatiſ obuia eſt, diſtantiã inquam, quæ in cauſſa eſſe ſolet vt quæ ad gubernationem ſpectant nequeant opportunis temporibus ab Vrbe transmitti, nec ſit ſemper tanta Sociorū copia, quæ ad interualla ſuſtinenta ſufficiat. Ideo vbi primū Conſtitutio dicta produiit, diſpenſatio eſt pro Indiſ impetrata: circa quam quia aliquæ ſunt difficultateſ obortæ, & quibuſdam grata non accidit, licet ſua Sanctitati pro eã continuandã fuerit ſupplicatum, penitit abnuſt, affirmans inſinuatū ſibi in Indiſ magiſ neceſſarium eſſe, quod eiſ fuerat Conſtitutione ſancitū. Et quidem non immerito, ſi de Superiorū duratione tractetur: eo enim ipſo quod propter diſtantiã nequeant Superiorū diſignationeſ opportunè haberi, & reſ per incerta huiſmodi expeditionū tempora diſponatur, certiora eſſe ſubditorū ſatiſtia poſſunt, ſi (quod humanum eſt) Superioreſ minùſ ſibi gratoſ contigerit obueniſſe. Id autem ſine adeo acri remedio vitari potuit, vt ex iſ patet, quæ à R. P. N. Generali Golwino ordinata ſunt, vt ex diſpenſatione ſeptennali, quam Sanctiſſ. Dom. Alexander VII. ſummã benignitate conceſſit, nulla inconuenientia ſuboriantur. Circa quam quæri poteſt

102. Primò, an à die Data, ſcilicet à die 14. Nouembris. *Ann. 1656.* an verò à die notiçiæ in Indiſ habitæ, debeat ſeptennium computari. Circa quod videnda quæ diximus *num. 36.* ex quibus conſtat à die Data computandum, quia & ille dieſ notiçiæ fuit reſpectu R. P. Generaliſ, cui præcipue eſt conceſſa diſpenſatio, vt poteſt primario officiorū diſtributori, & ita ex tunc illã vt potuit Superiorū diſignatione. Cum aliã ex eiſdem diſpenſatione Litteriſ conſtat à die Data ſeptennium inchoandum. Quod ſi ad remotiſſimas Indiariſ parteſ nimis ſerò notiçiã iſta pertueniat, vt ex ſeptennio vix pars dimidia ſit reliqua, prouidentia R. P. Generaliſ erit de hoc admonere Pontificem, vt ſeptennium addat aliud, vel quo placuerit modo conſolationi & neceſſitati Patrum illorū, pro Dei & Ecceſiæ gloriã indefeſſè laborantium conſulatur.

103. Secundò, vtrum aſſertio R. P. Generaliſ de huiſmodi diſpenſatione ſufficiat, & obliget in conſcientia, ſine Breuiſ authenticò traſumpto. Quod ſufficiat, conſtat ex dictiſ *num. 16.* quod autem obliget erunt qui negent, iuxta dicta *ibidem*, & generalem doctrinam ex Iure petitam, quod non eſt obligatio credendi priuilegiato, niſi litteraſ commiſſionis oſtendat, de quo etiam *num. 65.* & videnda etiam quæ adducit Mariuſ Antoninuſ *Lib. 1. Variarum Reſolut. 11. num. 3.* & ex hoc fundamentò circa diſpenſationem ſimilem conceſſam ab Innocentio X. de qua *numer. 101.* difficultaſ non leuiſ exorta, quia eiſ copia non fuit exhibitã, nec de viuæ vociſ oraculo conſtans teſtimonium intimatum. Et quidem Pontificiſ in ſuiſ Conſtitutionibus vt faciãt fidem, id addere ſolent, quod in eã, de quã agimus, eſt cernere. *num. 39.* Volumuſ autem vt præſentiuſ traſumptiſ &c. ſupponenteſ ſanè, ſi traſumpta non extent, non eſſe plenam & integram fidem faciendam vt omnino neceſſaria proponuntur. Et roborari poteſt: quia ſicut Pontifex in Conſtitutione dictã traſumptiſ fidem adhibendam ſtatuit, per quod indicat ad Prouinciã omneſ, ac propterea etiam ad Indiã traſumpta huiſmodi deſtinanda, vt notum ſit omnibuſ nouum illud juſ pro Societatiſ regimine conſtitutum: ita etiam per traſumpta diſpenſatio debet innoteſcere, quia reſ per cauſſaſ, per quãſ naſcitur, per eãſdem diſſoluitur. Cum aliunde etiam agatur de tollendo iure tertij, quando quidem Conſtitutio in fauorem eorū produiit, qui habere locum in gubernatione poſſunt, & per iterataſ quorūdam promotioneſ, aut conſeruationeſ in officiſ, impediuntur. Pro quo Doctoreſ, quos adducit & ſequitur P. Suarez *Lib. 8. de legibus Cap. 2. num. 5.*

104. Sed hiſ non obſtantibus contrarium videtur proſuſ irrefragabile, ſi de Societate, & in calu præſenti ſpecialiter loquamur. Nam moduſ gubernationiſ in eã viſitatuſ ſic procedit, vt R. P. Generaliſ de viuæ vociſ oraculo fidem facientiſ omnimodiſ credatur: ex quo ſit, vt etiam

Septennium à die Data computandum.

Aſſertio R. P. Generaliſ de diſpenſatione obſtanti non ſufficere, quæ videantur oſtendere, de obligatione agendo.

Contrarium certum ſtatuitur.

Priuilegiuſ per teſteſ probari poſſe.

Cui teſtiſ plene creditur.

Pro foro conſcientia ſufficienſem notiçiã ſufficere ad obligationeſ.

P. Suarez.

Ex priuilegio vrgentiſſimo.

iam de Breuiſ obtento teſtantiſ omnimoda debeat fideſ adhiberi. Prætereã, vt Doctoreſ communiter aſſerunt, & illiſ ſpecialiter, quos P. Suarez adducit loco citato. priuilegiuſ poteſt per teſteſ probari, vt non ſit neceſſaria ſcriptura Breuiſ, aut traſumptiſ authentici: vnde & conſequenter ea probatio ſufficit, quæ illi æquiualeat, aut maior eſt, vt euidentiſ ratione conuincitur. Ideo enim duobuſ aut tribuſ teſtibuſ creditur, quia eorū teſtificatio moralem certitudinem inducit: ergo vbi moraliſ certitudo eſt, ſimiliſ eſt fideſ adhibenda. Atqui in teſtificatione R. P. Generaliſ in qua Aſſertio, aut aliuſ magnæ fideiſ Officialiſ interuenit, quæ & illiſ ſigillo munitur, moraliſ eſt certitudo, & quidem multò maior, quàm ea, quæ per duorum, aut trium teſtificationem habetur: ergo illiſ eſt integra fideſ adhibenda. Deinde, ad roborandam fidem multa concurrunt, quæ dubitationem omnem ſubmouent, ſcilicet adeo ſpecifica relatio diſpenſationiſ, additiſ tempore, pro quo data, & die quo expedita, animaduerſionibuſ circa vſum, propter Pontificiſ admonitionem, qui eam ſic limitatam præbuit, experiri volent qualiter eiſ vſu procedatur; conſeſſuſ equidem ſine termino, ſi nulla in eo inconuenientia fuerit deprehenſa. Item. Teſtiſ deponens de geſtiſ coram ſe, & quæ per aliud commodè probari non poſſunt, probat integrè, vt docent Doctoreſ, quos adducit Mariuſ Antoninuſ *Lib. 2. Variarum. Cap. 14. num. 8.* Id quod in præſenti accidit: ſic R. P. Generaliſ de factã diſpenſatione ad eiſ inſtantiã, & ſibi traditã. Inſuper, ſicut Pontificiſ in cauſſiſ Religioſorū nolunt apiceſ Iuriſ ſeruari, ſed ex equo & bono iudicari inſpectã rei veritate, vt conſtat ex *Cap. Qualitateſ & quando 2.* de accuſationibuſ: ita in extrajudicialibuſ non ſunt ad Iuriſ rigorem arcendi, vbi de minori præiudicio agitur.

Hiſ addendum notiçiã, de quã agimus, ſufficientem eſſe ad obligandum in foro conſcientiæ, quidquid de foro exteriori ſit: pro illo autem certa notiçiã ſufficit, vt ait P. Suarez *Lib. 8. de legibus Cap. 24. num. 9.* vbi hæc habet: *In foro conſcientiaſ ſufficit notiçiã priuilegiſ moraliter certa, de qua probabiliter dubitari non poſſit: tunc enim quaſiſro aliquo falſo colore tergiverſari, voluntati Superioriſ reſiſtere, non poteſt in conſcientia eſſe licitum.* Sic ille. Et verò ſi ab aliquo tergiverſante ſciſcite-mur an ſibi verè perſuadeat falſum eſſe moraliter poſſe quod Generaliſ affirmat, abſque dubio negabit, niſi proteruã inſanabiliſ laborarit. Cum ergo pro certo habeat, contra Spiritum Sanctum peccat, dum manifeſte reſiſtit veritati. Neque dicere poteſt id certum ſe putare, ſed non tene-ri iuxta illud genus certitudiniſ agere, ſed expectare aliud per traſumptiſ exhibitionem. Nam talis reſponſio contra Regulam iuriſ militat, ex qua habemus eum, qui certuſ eſt, certiorari ampliùſ non oportere, ſic in *Sexto.* Quod ſi reſpectu aliquorū ſpecialiſ genus certitudiniſ exigitur, vt in reſcriptiſ Beneficialibuſ, & aliſ re-quirentibuſ Tituli præſentationem, id ſpecialiter expreſſum inuenitur: ſecus autem in calu, de quo loquimur, & ſimilibuſ.

106. Accedit quod in Compendio Priuilegiorū Societatiſ habetur. *Ver. Generaliſ 5. 5. Theſauri Indici. Tom. II.*

vbi ſic ſcribitur: *Facultate conceſſa Ordini Prædicatorū poſſunt Præpoſiti Generales Societatiſ auctoritate Apoſtolicã declarare, (quoad ſeruitutem illarū conſcientiarū, quæ ſibi ſubiectæ ſunt dumtaxat) dubia, quæ ſuper noſtriſ Conſtitutionibuſ, priuilegiſ, indulgentiſ, gratiſ, & exemptionibuſ à Sede Apoſtolicã conceſſiſ & concedendiſ, emerſerint. Iuliuſ Secunduſ in Priuilegiſ Prædicator. fol. 173. 5. 6.* Sic ibi. Iuxta quæ compertum habemus poſſe Generalem in calu noſtro declarare Conſtitutionem dictã non obligare pro Indiſ, quia priuilegiuſ circa illam à Sede eſt Apoſtolicã impetratum: quia circa priuilegia, indulta, gratiaſ, & exemptioneſ, conceſſio præſata diſponit. Pro quo etiam eſt alia Gregoriſ XIII. in celebri Conſtitutione, quæ incipit, *Aſcendente Domino*, in quã ſic ille: *Si quid verò dubij de eiſdem oriri contigerit, ad Sedem prædictã, vel ad Generalem Præpoſituſ dicte Societatiſ, aut ad eoſ, quibuſ ipſe commiſerit, referatur.* Sic Pontifex, qui in decidendiſ dubiſ adeo amplam Generaliſ facultatem attribuit, vt cum ad Sedem Apoſtolicã referenda præmiſerit, ab eo onere exemptoſ voluerit, qui ad Generalem, aut ab ipſo deputatoſ referre maluerit, quadam quoad illoſ miſerabiliſ ac benignã æqualitate conſtituta. Ex quo id ſequitur quod intendimus, vt non debeat vilo pacto circa illud dubitari. Ex-tat item priuilegiuſ Iulij Secundiſ pro Auguſtiniſ *Ann. 1508.* de quo Emmanuel Rodericuſ adductuſ à P. Quintanad. ſupra. v. *Priuilegiuſ. 5. 6.* & citatur in Compendio communi Societatiſ. *verbo. Et 5. eiſdem*, & ita habet: *Si re ipſa exemplaria, ſine eorū traſumpta oſtendantur, Iuliuſ II. Prælatiſ alicuiſ aut publiciſ Notariſ manu ſignata, aut etiam Generaliſ Ordiniſ ſigillo ſignata, eodem motu, ſcientiã, & poteſtate decernimus, mandamiſque eãdem omnino & vim & fidem adhiberi, ac ſi plumbi ſignatuſ haberent.* Sic ille.

107. Neque adducta in contrarium vrgent. Ad id enim quod de non credendo ei, qui priuilegiuſ allegat, dicitur, reſpondeo eſſe verum, niſi priùſ id, quod aſſerit legitimiſ oſtenderit documentuſ. Vt habetur in Extravag. *Inuictæ*, de Electione, inter communeſ. In calu autem noſtro legitima documenta ſunt ipſa dicentiſ auctoritateſ, & circumſtantiæ ad fidem faciendam abundè ſufficienteſ. Et doctrina quidem illa communeſ de priuilegiato loquitur, qui ſpecialiſ ſuum priuilegiuſ allegat, non verò in calu noſtro ex ſimilibuſ, vbi diſpenſatio ad omneſ eoſ in Societate extenditur, qui gubernare poſſunt: quorum Capuſ eum Generaliſ ſit, ſicut communi nomine diſpenſationem poſtulauit, ita & notificat, non ſuam, ſed communeſ cauſſam proſecutus. Caſuſ autem in conſirmationem adductuſ non eſt pariſormiſ, quia diſpenſatio illa non ita perſpicua: & tamen quia à R. P. Generaliſ ſuo fuit teſtimonio comprobata, plena illi debuit adhiberi fideſ, vt ſenſerunt quorūquor in eo negotio ſincere, candidè, ſemotiſ priuatiſ affectuſ, & ſpiritu Societatiſ probe inſtructi iudicant. Quod verò Pontificiſ traſumptiſ fidem adhibendam ſtatuant, non arguit notiçiã modum non eſſe ſufficientem, ſed frequentioreſ oſtendunt. Et certè maior fideſ præſtanda eſt Generaliſ ſua ſubſcriptione & ſigno teſtimonium munienti, quàm ordinariſ traſumptiſ incongnitum.

probatio de poteſtate Generaliſ Compenſatiſ Societatiſ.

Greg. XIII.

Iuliuſ II.

Fit ſatiſ obiectuſ.

Extrag. Inuictæ.

Priuilegiato vt credendum, ſi litteraſ non oſtendat.

Traſumpta autem ſic quomodo neceſſaria.

torum hominum, Notarij inquam, & alterius in dignitate Eccleſiaſtica conſtituti. Nec bene arguitur ex Clauſula de traſumptis in Conſtitutione: quia ad Conſtitutionem notificandam non fuit traſumptum neceſſarium, cum R. P. Generalis teſtimonium ſuffeciſſet: unde poteſt argumentum retorqueri. Res ergo per eas cauſas diſſoluitur, per quas nata eſt, quando veræ & neceſſariæ cauſæ ſunt, non autem ſi cauſæ tales non ſint, ſed ex abundantia additæ, vt in caſu noſtro. Quod tandem de iure tertij additur, minimi momenti eſt: nam vt id demus in caſu noſtro, de quo alias: cum Pontifex illi derogare velit, & de eius indubitable conſtat voluntate, nihil refert quod hoc aut illo modo certitudo diſpenſationis habeatur. Pro quo eſt communis ſententia, quam adductis alijs tenet P. Sancius Lib. 8. de Matrimonio, Diſputat. 17. num. 20. aſſerens credendum Epilcopo dicenti in Titulo ſe promouilſe non ſubditum ex licentia proprij Epilcopi, quia agitur de modico præiudicio. Et quidem ſi aliquid adducta ratio probaret, fieret ex eo neque in foro conſcientiæ licitum eſſe vt diſpenſatione cum certitudine dicta: cuius tamen oppoſitum jam vidimus Doctores cõmuniter aſſerere. Et de hoc ſatis, quando obedientiæ ſpiritus in Societate promptiſſimus, huiuſmodi ferè reddit inutiles quaſtiones. lam ergo

Promouit in ſeptennium non poſſe eo finito proſequi, que videatur offenſa.

108 Tertio quaeri poteſt, vtrum qui durante ſeptennio ſunt promoti, eo finito poſſint in officio proſequi vique ad triennij expletionem, vel neceſſario debeant eo expleto ceſſare, ſi beneficio diſpenſationis ſine vacatione, quam Conſtitutio iniungit, ſint aſſumpti. Et videtur quidem id fieri non poſſe, quia diſpenſationis tempus ſeptennio expleto finitur: ceſſandum ergo. Antecedens eſt clarum, & Conſequentia oſtenditur: nam eo quod finiatur ſeptennium non poteſt quis ad officium nouum aſſumi, vt eſt certum: ergo nec proſequi in illo. Illatio eſt legitima: quia eadem diſpenſatio neceſſaria eſt ad proſequendum in officio, & ad nouam illius aſſumptionem: vtrumque enim Conſtitutio aperte prohibet, vt ex illius tenore conſtat: *Eoque elapſo triennio, eo ipſo vacent, ipſoque ad alia quænis eiusdem Societatis munera, &c.* Factum hinc vt cum durante diſpenſatione ab Innocentio X. pro Indijs conſeſſa aliqui vltra triennium gubernaffent diuerſis in muneribus continuatâ prælatione: vbi primum ceſſatio diſpenſationis inuoluit, ab officijs ſint remoti, ſic diſponente R. P. Generali, & Vice-Provinciales, ac Vice-Rectores (erat enim tunc Vicarius Societatis) aſſignant, quos poſtea in officijs conſirmauit.

Quibus oſpoſiti probetur.

Cauſa à ſimili, cum diuini commode nequit eſſe.

109 Contrarium autem probari poteſt ex eo quod aſſumptio officij virtute diſpenſationis ab initio valida abſolute fuit, & ſine limitatione: ergo debet plenum effectum habere. Antecedens conſtat, quia conſeſſio Pontificis abſoluta & ſine limitatione eſt: abſolutæ autem conſeſſioni abſolutus, & non limitatus debet effectus reſpondere. Præterea, diſpenſatio conſeſſa ad aliquem effectum, non ceſſat ceſſante cauſâ, quando effectus commodè diuidi nequit, vt cum alijs tenet P. Sancius ſuprà, Diſputat. 30. num. 10. ergo idem dicendum quando ratione temporis ceſſat, ſicut

in caſu noſtro, in quo effectus diuidi commodè nequit, quia mutationes iſtæ ſuperiorum ex temporaneæ inconuenientibus plenæ ſunt, & non ſine nota accidunt reſpectu externorum. Deinde argui à ſimili poteſt: nam diſpenſatus ab Epilcopo poteſt vt diſpenſatione extra illius territorium, eod quod diſpenſatio abſoluta ſit, & vbi-cumque habere ſuum poteſt effectum: pro quo Auctor idem ſuprà, Diſputat. 31. num. 17. Ergo idem dici in caſu præſenti poteſt: licet enim argumentum de loco ad tempus ſit inualidum, iuxta ea, quæ adducit Dom. Solorzanus Tomo 2. Lib. 2. Cap. 11. num. 49. valet tamen vbi ſimilis ratio eſt. Item. Conſeſſio dicta non eſt pura diſpenſatio, ſed priuilegium temporale Indijs attributum, juxta diſtinctionem priuilegij & diſpenſationis, quam ſtatuant P. Suarez Lib. 8. de legibus, Cap. 2. num. 10. P. Azor Tomo 2. Lib. 7. Cap. 47. queſt. 5. Emmanuel Rodericus Tomo 2. q. 4. art. 2. ſecuti Rebuffum, Mandofium, Bartholum, & alios, vt ſcilicet priuilegium ſit aliquid permanente, tamquam lex, & per modum actûs primi: diſpenſatio autem quid tranſiens, & per modum actûs ſecundi: ergo non ſtrictè, ſed late interpretandum eſt: in quo etiam cauſa Religionis vertitur: ijs enim conceditur, qui in conuerſionem Indorum, & in conuerſorum fidei ac morum Chriſtianorum promotionem incumbunt: ex quo capite amplianda eſſe priuilegia, jam ſæpius oſtendimus. Videatur Caput. 2. Vterius, quia cum dictum priuilegium à die Datæ currat, & alijs iplius effectus poſt diuturnum tempus in Indijs poſſit haberi, ob notitiam retardatam, ex conſeſſione ſeptennij portio eſt magna detrahenda: ergo vt gratia talis plenè fruibilis eſſe poſſit, modus eſt interpretationis prædictus adhibendus: ſic enim ſeptennium videtur expleri, prorogatione inquam ſeptennij beneficio diſpenſationis intra illud executioni mandata. Denique R. P. Generalis de priuilegio dicto ad Provincias Indiarum ſcribens, aſſerit per illud Societatem ſuæ eſſe penitus reſtitutam libertati, & licere abſolute quoad illas quidquid ante Conſtitutionem licebat: quamuis quoad vſum nonnulla præſcribat: ergo cum ante Conſtitutionem deſignari ſuperiores ad tempus conſuetum poſſent, idem priuilegio durante ſimiliter aſſerendum.

Alius de diſpenſatione extra territorij concedenti.

Priuilegium eſſe, & non ſolam diſpenſationem. Et vtriusque diuerſitas.

Ideò laudè interpretandum.

Prior ſententia in præxi præſerenda.

110 Nihilominus oppoſitum videtur ſecurius, unde ad vitandos ſcrupulos, & turbellas penitus ſubmouendas, iuxta illud præxi inducenda. Propter quam rationem R. P. Generalis id ſtatuit, de quo numer. 108. vt ibidem adnotatum: quodque non ſolum eſt ſecurum, ſed etiam valdè probabile; quandoquidem effectus diuiſibilis eſt. Vt autem inconuenientia, & nota externorum vitentur, à ſuperioribus circa hoc ſolenter prouidendum, vt inſtante fine ſeptennij non eos deſignent Superiores, quos ſciunt eo finito finiendos: vel certè taliter aſſignent, vt circumſtantijs attentis, nullum ex prædictis incommodis incurrendum arbitrentur.

111 Quarto; quia Provincialibus graues imponuntur pœnæ à R. P. Generali, ſi triennio expleto non deponant officium, & tantum modici temporis vſura permittitur: dubitari poteſt

Pœna Provincialium vltra triennium perſeſentium.

C A P V T V.

An Priuilegia vni Prouinciæ Indiarum conſeſſa, alijs etiam Prouincijs concedantur.

Diſtinguenda circa hoc ſunt priuilegia Indijs conſeſſa, in quorum exercitio nullus alius interuenit; & quæ ita pro illis conceduntur; vt miniſterio aliorum eiſdem applicentur, iuxta dicta Cap. 1. eſt enim circa illa non eadem ratio, quamuis fortè ob aliquam aliam poſſit extenſio eſſe vtriusque communis. Pro illis ergo

112 Dico primò. Priuilegia conſeſſa alicui Indiarum Prouinciæ, in quorum exercitio nullus alius interuenit, non ſunt alijs Prouincijs communia. Videtur ex mente omnium eſſe Doctorem; iuxta quos priuilegium personale non extenditur de perſonâ ad perſonam: quod habetur in Cap. Priuilegium, de Regulis Iuris in 6. vbi ſic dicitur: *Priuilegium personale perſonam ſequitur, & extinguitur cum perſona.* Sicut autem perſona priuilegiata ſe habet in ordine ad perſonam, ita & Communitas ad Communitatem, juxta communem Doctorem ſententiam. Vnde communiter etiam tenent Religionem; quæ non habet priuilegium communicationis, non poſſe priuilegijs alterius frui, etiam ſi in illâ cauſâ ſimilis videatur. Pro quo videndi P. Suarez Lib. 8. de Legibus, Cap. 28. num. 13. P. Salas Diſputat. 20. num. 93. P. Palaus Tomo 1. Tractat. 3. Diſputat. 4. Puncto 17. Bonacina Tomo 2. Diſputat. 1. Queſt. 3. Puncto 7. §. 1. num. 15. & §. 2. num. 11. & 12. & Fr. Emmanuel Tomo 1. q. 4. regular. Queſt. 7. artic. 2. qui alios adducunt. Vbi dici nequit cauſam religionis in caſu noſtro verti, quia etiam in communicatione dictâ inter Religiones ratio iſta valeret; cum tamen inualidam videamus, eod quod in cauſâ qualibet verbis ſit priuilegij ſtandum, vt ſacri Canones clamant, & præſertim Cap. Porro, de Priuilegij, cuius tenor datur ſuprà, ſed non ommittendum illud: *Sic enim eos volumus priuilegiorum ſuorum ſeruare tenorem, quod eorum metas tranſgredi minime videantur.* Sic Alexander Tertius.

Aſſertio 2. Priuilegia more Indiarum non extenduntur ad diuerſas Prouincijs.

Cap. Priuilegium, de Regulis Iuris.

Cauſa religionis non ſemper attendenda.

Cap. Porro de Priuileg.

113 Deinde arguo ex ſtylo & mente Pontificum, qui circa hoc varias ſolent limitationes adicere locis temporis, & perſonarum, quæ quidem nullius eſſent effectus, quandoquidem omnimoda faciendâ eſt iuxta eorum mentem extenſio: omnis enim priuilegiorum vis ab eorum voluntate dependet, à quo & deſcendit: ergo cum ſciant cauſam fidei & religionis agi, & alioqui etiam piam, quia miſerabilium perſonarum, ſciantque pariter eorum priuilegia penitus extendenda, inutiliter limitationes multiplicent: quod cum minimè dicendum ſit, conſequenter eſt aſſerendum extensionem talem contra eorum eſſe voluntatem. Vbi ſpecialiter vgeri poteſt ex eo quod de tempore dictum eſt: nam priuilegium etiam reſpectu cauſæ piæ, & omnino fauorabile, nequit vltra tempus, pro quo eſt conſeſſum, eſſe extenſio, extendi, vt omnes admittunt; licet circa aliqua-

Ex ſtylo Pontificiarum conſeſſionum arguitur.

Et ex tempore, circa quod non eſt extenſio.

officio, non inducit priuationem eius ipſo facto.

Tenor illius

Quod modicum tempus reputandum.

Quid in alijs ſuperioribus.

poteſt an eo ipſo vacet officium. Et negatiuè reſpondendum; quia id in prohibitione dictâ non exprimitur; immò oppoſitum ex illius tenore deducitur, dum ad alia officia inhabilitatis pœna præſignitur, & de præſenti nihil additur. Verba illius ſunt: *Quod vero ſpectat ad ipſos Provinciales ſeruetur Conſtitutio ſancti Patris noſtri, Parte 9. Cap. 3. §. 14. de triennio vt plurimum: nec niſi grauiſſimâ ex cauſâ, & ad breue tempus, ſine expreſſa facultate noſtra id protrahatur, & in hoc grauo conſcientias ipſorum Provincialium, ſub pœna etiam inhabilitatis ad Superiorum officia iterum exercenda, ſi forte (quid abſit) ſine iuſta cauſâ a nobis approbanda diuini officij remunerentur.* Sic ille: exceptio ergo firmat regulam in contrarium. Et res eſſet ſane ſcrupulis multis obnoxia, ſi omnes actus à Provinciali exercitii prorogationis tempore deberent annullari. Quod autem tempus ſit modicum cenſendum, ex dictis num. 94. poteſt intelligi: quod & ego ad prudens arbitrium, adhibito Conſultorum iudicio, reuocandum exiſtimo: vt ſi ſucceſſor ſperetur, aut negotium aliquid expediendum ſit, quod eius induſtriam & auctoritatem videatur poſtulare. Si verò ſucceſſor in aliâ Prouinciâ, aut in valdè remotis ſit, Vice-Provincialis debet deſignari; quia cum modicum tempus aſſignetur, & calus iſte non excipiat, qui & frequens eſſe in Indijs poteſt, comprehenſus debet reputari. Neque arguendum ex eo quod circa inferiores Prælatos diſponitur, vt ſcilicet per tempus modicum durare in officio poſt triennium poſſint, vbi & pro exemplo apponitur tempus, quod intercurrit, dum ſucceſſor aduentarit: nam præterquam quod, ſi aduentus ſucceſſoris talis non ſit poſt modicum tempus futurus, vt non raro contingere ſolet, eadem de illo eſt ſententia proferenda: in Provinciali ſpecialis ratio eſt, vt indicat pœna eidem impoſita, quæ tamen alijs non ſic impoſita reperitur: illius enim gubernatio grauis eſſe toti Prouinciæ, & ſine recurſus perſugio poteſt; cum tamen aliter in locali ſuperiore contingat. Quamuis alij aliter forſitan Philoſophabuntur, qui parum de Provinciali curent, dum grato ſibi Doctore, aut præpoſito potiantur: & de conuerſo, ſi grauis ſarcina immediati Superioris ſit, de benigno ſibi Provinciali parum aſtiment eſſe curandum. Humana hæc ſunt: ſed humanis iſtis aliquando conuincendum, ne infirmiores ſpiritus imparibus ſibi ponderibus obruantur. Nec de his plura, quando & properante ſeptennio, vix lubricatiunculæ iſtæ vſui eſſe poterunt. Sed certè, quia ſeptennio ſeptennium addi poteſt, & doctriina propoſita ad alia deſeruire, commentariolum iſtum non duximus ſubtrahendum: quo jam exacto, ad eam, quæ gradiebatur, orbitam diſputationis curriculum traducamus. Sic ergo